

condam ser Beleti, tunc carceratis in Candida, manifeste et occulte multam subventionem fecit et pluribus aliis nobilibus Veneciarum carceratis, informando
 10 eos de omnibus tractatibus et malis dispositionibus rebellium, quos idem Marcus poterat persentire, propter quod rebelles predicti, contra ipsum Marcum plurimum indignati, ad furorem irruerunt domum eiusdem Marci depredantes et expoliantes illam omnibus bonis suis et ipsum captivum carceribus includentes, ita quod in manifesto mortis periculo fuit sicut notissimum est. Et quia ducalis
 15 benignitas semper consuevit premiare ciues et fideles suos, qui in eius honoribus feruentissime se gesserunt, et maxime quando necessitas urget eos; uadit pars, quod in tantum reuocetur strictura officiorum Crete, quod dicto Marco Betho, qui tam propter casum rebellionis predictae ad strictam conditionem deductus est, quam propter alia accidentia sibi occursa, possit fieri gratia de capite aduocatoris in Candida per quinque annos, sicut factum fuit alijs, in quo offitio sepius
 20 idem Marcus fuit et laudabiliter se gessit prout per rectores qui in Candida fuerunt, poterit informari.
 22

3

Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν καπετάνιον Κρήτης Λουδοβίκον Μοροζίνη νὰ ἐπανέλθῃ ἐν Βενετία, πρὸ τῆς μεταβάσεως εἰς Κρήτην τοῦ διαδόχου του, ἔνεκα τῶν πολλῶν καὶ ριψοκινδύνων ἐμπορικῶν του ὑποθέσεων, αἱ ὁποῖαι ἀπαιτοῦσι τὴν παρουσίαν του ἐν Βενετία. Προσωρινῶς τὰ καθήκοντα τοῦ καπετάνου ἀνατίθενται εἰς τὸν δοῦκα τῆς Κρήτης, 1383, Νοεμβρίου 22.

4

Προκειμένης ἐκλογῆς καγκελλαρίου Κρήτης, ἀντὶ τοῦ ἀποβιώσαντος Δομνίκου Γριμάνη, ἐτέθη εἰς ψηφοφορίαν ἡ πρότασις ἐὰν οἱ ὑποψήφιοι διὰ τὴν θέσιν ταύτην ληφθῶσι μόνον ἐκ τῶν νοταρίων τῆς μεζονος Καγκελλαρίας Βενετίας ἢ ἐκ τούτων καὶ ἐξ ἄλλων ἐκτὸς αὐτῆς. Ἐνεκα τῆς παρουσιασθείσης ἰσοψηφίας, μεταξὺ τῶν συμβούλων Βενετίας, ἡ ἀπόφασις ἀνετέθη εἰς τὸ Μεῖζον Συμβούλιον Βενετίας, ὃπερ ἀπεφάσισε νὰ λαμβάνωνται οἱ ὑποψήφιοι ἐκ τε τῆς μεζονος Καγκελλαρίας τῆς Βενετίας καὶ ἀλλαχόθεν. Ἐπεταὶ ὁμως ἀπόφασις τοῦ ἰδίου συμβουλίου τῆς 11 Φεβρουαρίου 1358, δι' ἧς καθωρίσθη, ὅπως οἱ ὑποψήφιοι καγκελλάριοι Μεθώνης καὶ Κορώνης λαμβάνονται μόνον ἐκ τῶν νοταρίων τῆς μεζονος καγκελλαρίας Βενετίας, 1388, Δεκεμβρίου 27.

F^o 24^r Millesimo trecentesimo LXXXVIII, die XXVII Decembris.

Capta. Cum fieri deberet cancellarius Crete loco sapientis uiri ser Dominici Grimani defuncti, olim ibi cancellarij; et ad probam dicte cancellarie essent scripti de notarijs curie maioris, et de alijs de extra cancellariam, et de insula
 5 Crete, et de alijs Venetis et ciuibus nostris, et dubium motum fuerit dicentibus et allegantibus aliquibus, quod non debebant poni, ad dictam probam, nisi de notarijs curie maioris uigore unius determinationis, infrascripte, facte alias per quatuor consiliarios MCCCLVII mensis Februarij die XI^o; et aliquibus dicentibus



quod ad dictam probam scribi et poni poterant, et de notarijs curie maioris, et de alijs de extra curiam, sicut semper observatum fuit a dicto tempore usque ad presens; et consiliarij Veneciarum reppererint se in duabus opinionibus; uidelicet tres de una opinione, et tres de una alia, finaliter dicti consiliarij in modum declarationis et secundum formam sui capitularis posuerunt partes siue declarationes infrascriptas in Maiori Consilio, uidelicet.

Ser Jacobi Delfino militis		Consiliariorum	10
Prima. Ser Bernardi Mauroceno			
Ser Francisci Cornario.			

Quod ad dictam probam scribi poni debeant solum de notarijs curie maioris secundum formam dicte determinationis—79.

Alia. aliorum trium consiliariorum uidelicet		Consiliariorum	15
Ser Danielis Bragadino			
Ser Johannis Miani et			
Ser Antonij Mauro			

Capta quod ad dictam probam ponantur et poni debeant de notarijs curie maioris et de alijs de extra, sicut in omnibus cancellarijs fuit observatum, usque nunc—428—Non sinceri 23—Tenor determinationis alias facte per quatuor consiliarios 1357 die XI^o mensis Februarij (M.V.) Reuocata ut patet supra.

Cum deberet fieri cancellarius Coroni et Molhoni, et dubium fieret, si ad probam poni deberent solum de notarijs curie maioris an poni possent de notarijs dicte curie et de alijs locis, dicentibus aliquibus, quod postquam reperiabantur notarij curie maioris, qui ire uolebant, debebant ipsi et non alij poni ad probam, tum pro honore dicte curie, tum ex consuetudine hactenus observata, determinatum et diffinitum fuit per Dominum et quatuor consiliarios pro casu presenti et futuris, quod ad dictam probam solum poni debeant notarij curie et non alij, postquam reperitur de notarijs curie qui uolunt esse.

5

Περὶ ἐκλογῆς Καπετάνου Κυθήρων, τρόπος ἐκλογῆς, θητεία καὶ μισθὸς αὐτοῦ, ὅστις θέλει καταβάλλεσθαι ἐκ τοῦ ταμείου Κρήτης. 1389, Φεβρουαρίου 14.

F^o 25^r Millesimo trecentesimo LXXXVIII, die XIII Februarij (M.V.). 1

Capta. Cum iam bono tempore fuerit consultum de faciendo castellanum castri Cederici per electionem in Maiori Consilio, quia ille locus est bonus et multum dexter et utilis nostro Dominio; uadit pars pro multis bonis respectibus, quod de cetero fieri debeat unus castellanus dicti loci Cederici per duas manus electionum in Maiori Consilio, qui uadant unus per medium alterius, sicut seruatur

